# Stella clericorum



¶ Tractatus qui ſtella clericorum inſcribitur feliciter incipit.

Quaſi ſtella matutina in medio nebule. i. peccatorum Proprietas huius ſtelle matutine poſſũt referri ad quemlibet doctorem fidei id eſt ſacerdotem. ꝛ continẽtur in his verſibus

Lucis ſplendorem fert ſecum fert quoqꝫ rorem
Ingens dat letum vigilanſqꝫ decens preit ipſum
Solem defectũ lune comitans hyemiſqꝫ
Tempore luceſcit cedens eſtate quieſcit

Gloſa Lucis ſplendorẽ fert ſecũ. vt ibi Vos eſtis lux mũdi Fert quoqꝫ rorẽ. ſcꝫ in p̄dicatione. vt ibi Tenebroſa aqua in nubibus aeris Ingens eſt. vt ibi Ecce ſacerdos magnꝰ Dat letum. i. facit letum audientẽ predicationẽ qui eſt in tenebris ignorantie Vigilanſqꝫ dicitur. vt ibi. Beatus ſeruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantẽ Decenſqꝫ dicitur ſcꝫ per bonã famam ꝛ honeſtã cõuerſationẽ Preit ipſum ſolẽ. i. chriſtũ q̄ eſt verus ſol iuſtitie Sicut miles dñm ſuũ precedit inimicos occidẽdo ſuo gladio acuto vt mortui mundo viuant chriſto Defectũ lune comitans. i. ſancte eccleſie per compaſſionẽ Unde quis infirmatur ꝛ ego nõ infirmor Hyemiſqꝫ tẽpore luceſcit id eſt i tempore tribulationis appareret in calore fidei Cedens eſtate quieſcit ſcꝫ in vrẽte a feruore luxurie ꝛ a ceteris viciis Unde qui potuit tranſgredi ꝛ non eſt trangreſſus. Salomon Memento creatoris tui ꝛc̃. Apoſtolus. Diuiſiones miniſtrantiũ ſunt in eccleſia dei ſcilicet actiui contẽplatiui ꝛ prelati. Unuſquiſqꝫ in ſua vocatione ꝛ in ſuo ordine vel miniſterio vel officio ſ

tendat vt virtuoſe ⁊ fideliter invinea operetur. vñ
Criſoſtomus Multi ſunt prelati ſiue ſacerdotes
nomine ſed pauci ſunt dignitate Unde apoſtolus
Melius eſt eſſe paucos ⁊ vtiles q̄ multos ⁊ inuti
les Lucas Meſſis quidē multa: opariȷ̄ vero pauci
ſcꝫ fideles ⁊ veri Hieronimꝰ Si caritas facit pre-
cium in rebus honeſtis nichil carius deo ⁊ hoībꝰ
habētibus rationē bono et vtili paſtore Johānes
Paſtor bonus animā ſuam ponit pro ouibus ſuis
Unde ter dictū eſt petro Petre amas me. Gloſa.
Amas me pluſq̄ tuos cognatos et amicos. pluſq̄
res tuas tēporales. pluſq̄ teipm. paſce oues meas
Unde in euangelio Qui amat animā ſuam pluſq̄
me nō eſt me dignus. Apoſtolus Erunt homines
ſeipſos amantes Illi dicuntur ſeipſos amare qui
ſuum honorē ⁊ cōmodum plus diligunt q̄ honorē
dei Auguſtinun in libro de doctrina chriſtiana.
Illi vere deū diligunt qui nichil aliud q̄ vt nomē
dei glorificet exercent Vñ iam pauci volunt ſuſti
nere ꝑpter xp̄m paupertatē contēptum dolorem
ſꝫ cupiūt diuicias honores ⁊ ſuauitates huiꝰ mūdi
Tales ei nō ſuſcipiūt curas animarū, vt̄ p̄laturas
ꝑpter onus vel propt̄ iugū dñi ſed propt̄ honorē
Cura enī aīarum nō debetur honori ſed oneri

Multiplex eni ē queſtio quō ſacerdos vel pa-
ſtor curā ſuā itrauerit vel quō in ea vixerit
vel qualit̄ eam rexerit vel patrimoniū crucifixi ex
pēderit vel ꝑpter quē finē eam ſuſceperit vel vt
paſcat gregē ſibi cōmiſſum v̄bo ⁊ bono exēplo vel
vt paſcatur a grege Vñ hoc nomē paſtor deriuat̄
ab hoc verbo paſco paſcis ⁊ non a paſcor paſcerꝫ
Unde illud hiere. Paſtores paſcebāt ſe ⁊ gregē
meum non paſcebant

IN vltima enim ratione reddēda dicit ioſephꝰ
(id eſt xp̄s qui eſt verꝰ ioſeph) fratribꝰ ſuis
ſcȝ paſtoribus eccleſiaꝝ Amen dico vobis nō vide
bitis faciē meā donec adduxeritis fratrem veſtrū
minimū Gloſa Qui minimū reqrit nō obliuiſcitur
maiorē. Vn̄ illud Sanguinē eius.i.animā eius de
manu tua requirā .Gre. Tot mortibus digni ſunt
negligētes paſtoresquot negligunt aīas. Unde
videat quiſq̄ paſtor vel ſacerdos quō curam ſuā
intrat/vel quō eam regat vel qualiter in ea viuat/
vel ꝓpter quem finem eam ſuſcepit vel quō patri
moniū crucifixi (vt dictū eſt) expendat ne a dn̄o ei
obijciat in reddēdo rōnem yronice Amice ſcȝ tpa
lium rerū ⁊ nō aīarum quō huc intraſti nō habens
veſtē nuptialē id eſt caritatē/ qꝛ nō propt caritatē
id eſt deū qui eſt vera caritas curā tuā intraſti/ vt
gregē tibi cōmiſſum paſceres v̄bo et bono exēplo
ſed vt paſcereris ab eo id eſt negligens ⁊ ocioſus
et viuēs luxurioſe ⁊ obmuteſcēte dicat dn̄s Liga
tis manibus ne poſſit ſe defendere/ et pedibus ne
poſſit fugere. proiicite eū in tenebras exteriores/
id eſt ꝯtinuo ꝑpetue vrētes: qꝛ plus dilexit lucrū
tpale q̄ aīarū ꝓ quibus filius dei mortē ſuſtinuit
Et qꝛ hic vixit delicioſe ⁊ totus ſuſpirauit ī pctīs
totus ſuſpiret eternaliter in penis Et quātū glori
atus eſt in delicijs vite huiꝰ tantū locum date ei ī
tormētis et facite eum montē in inferno ⁊ ardeat
vt oleum in flamma Unde yſa. Apportari te faciā
ſicut gallū gallinaciū qui portat de fore pedibus
ſurſum erectis et demiſſo capite ⁊ dequoquitur in
olla. ſic tu dequoq̄ris in olla gehēnali varijs cruci
atibus vt pena correſpondeat culpe. qꝛ nō cātaſti
non generaſti et cum alijs maior reputaris. ſicut

Gallus gallinatius maior aliis

Quam beneficiū alicui porrigitur valde gaudꝫ ſed nō querit pͥmo quis ſanctorum ſit pſon⁹ in eccleſia ſed quātū valeat in tꝑalib⁹ Unde iam pauci curant quō curam ſuā ſuſcipiūt vel intrant/ aut qualiꝭ eam regāt vel in ea viuant ſm deū. nec ſimoniaꝫ abhorrent. ſed heu iam in pſſibus dn̄atur hre. Si quis intentione gradus eccleſiaſticos vel beneficia querit vt ide habeat vite neceſſaria hic ꝑ uerſo ordine vult celeſtia mercari Longe eni meliꝰ eſſet mēdicare vel arare vnde viueret Un̄ ioh Qui nō intrat in ouile per oſtiū.i.xp̄m ſed aſcēdit aliunde ille fur eſt ⁊ latro. fur ē furādo ſibi virtutes ab aliis. latro eſt occidendo aīas Fur nō venit niſi vt furetur mactet et perdat Furetur virtutes mactet corpus et perdat aīam in gehennaꝫ ignis.

Qulibet paſtor et ſacerdos in ſe teneꝭ habē tria. ſcꝫ ſcientiam/eloquētiam et bonā vitaꝫ Sciam debet hr̄e diuinoꝝ libroꝝ ac eorumītelligentiā in quib⁹ deū cognoſcat ſe ⁊ alios Un̄ ber. Multi multa ſciūt ſeipſos aūt neſciūt. Qui ſeipſū nō cognoſcit nihil ſcit. Hec ē ei probatiſſima ſcia īter phōs ſeculares. dicit e ī. cognoſce teipſū Unde Au. in libro de ſctā tri. dei prefert ſcientie celeſtiū terreſtrioꝝ ⁊ infernorū ꝓpriā cognoſcē īfirmitatē Unde ⁊ ber. Dn̄e da michi ſcire te cognoſcere me diligere te Eloquentiā debet hr̄e diſcretā vt ea q̄ ſcit ⁊ intelligit aliis p̄dicet ne abſcōdas pecuniaꝫ dn̄i ſui. i. ſit carnis mutus in domo. i. eccl̄ia Un̄ yſa Clama ne ceſſes ⁊ ānuncia pp̄lo meo ſcelera eorū Tullius Melius eſt eloqui copioſe et prudenter q̄ aliquid ſine eloquentia acuratiſſime excogitare Idē. eloquētia eſt ſcia recte ꝓferēdi ex cogitatiōe

cū ornatu verborū ⁊ pōdere ſñiarū Idē efficati⁹ eſt audire ꝙ audiri. Vñ gre. In ſcia ſacerdotis nec ē venia nec excuſatio Dani. alibi. ezek. Qui autem docti fuerūt fulgebūt quaſi ſplendor firmamēti ī ſolis. et q̄ ad iuſticiā erudiūt multos quaſi ſtelle ī ꝑpetuas eternitates Vñ apo. Duplici honore honorādi ſunt ſacerdotes. primo ꝓpter officiū dignitatē. ſcdo ꝓpter doctrinā ꝑcipue illi q̄ fideliter laborāt in euā. qr ordo fideliū prelatorū eſt precipu⁹ Vitā bonā tenetur hr̄e ſacerdos vt q̄ ore predicat opere ꝯpleat actu. i. Cepit ieſus facē et docere Hier. Quid eni aliud eſt bñ loqui aut ꝑdicare et ꝑuerſe viuere ꝙ ꝓprio ore ſeipm̄ ꝯdēnare Orige. q̄ aliuz nō inſtruit ſeipm̄ docere nō pt̄ Gre. Non in verborū ſplēdore ꝑdicator gloriet̄ ſꝫ in ope virtutū. Hye. Doctoris ē lapſis manū porrigē adiutricē ⁊ errātibus oñdere iter veritatis Gre. Bon⁹ doctor eſt q̄ hūiliter ſeruat diciplinā ⁊ ꝑ diſciplinā nō incurrit ſuperbiā Criſo. Vis bon⁹ apparere circa vitā tuā eſto auſter⁹ circa aliorū pctā eſto benign⁹. Audiāt te hoīes parua mādantē ⁊ grauia facientē Grego. Cuius vita deſpicitur reſtat vt ei⁹ ſermo ꝯtēnetur

Q Viuis eni paſtor ſiue ſacerdos ſit ſedulus ī cura ſibi commiſſa ⁊ in ābone fidelis predicatar vt preco dñi vt paret dño plebē perfectā in cathedra vt pius ⁊ diſcretus iudex in confeſſione mediator inter deū ⁊ peccatorē Vnde Criſoſtom⁹ Non erramus modicam penitentiaꝫ iniungentes. Nonne melius eſt ꝓpter miām reddere rōnem ꝙ ꝓpter crudelitatē Nā vbi paterfamilias ē larg⁹ diſpēſator eius nō debet eſſe tenax Sed de⁹ ē benignus vt quid ſacerdos auſterus

¶ Sit etiā ſacerdos ꝟ paſtor pi⁹ in afflictorū ꝯpaſ

ſione et hoſpitalitate et in elemoſinaꝝ ꝑ poſſe lar
gitione duplici ſciliȝ corporali et ſpūali. Spūalis
continetur in hoc verſu.
Corrigo parco precor doceo fero ꝯſulo ſolor
Corrigo errantē. parco īimicis. precor pro inimicis
doceo īſipiētes. fero ſuſtinētes. ꝯſulo puſillanies
ſolor tribulatos Corporalis ꝯtinetur in hoc v̄ſu.
Colligo poto cibo redimo tego viſito condo
¶ Sunt etiā ſepteȝ ſpēs elemoſine Pmā eſt quaȝ
hō ſibiipſi dat Vn̄ ſalo. Miſerere aīe tue placens
deo Idē. qui ſibi neq̄ cui bonus Scd̄a elemoſyna
ponit ſupra pedes dn̄i quā dat oſtiati mēdicātib⁹
ꝛ ꝑegrinis ꝛ hoſpitibus ī hoſpicio colligēdo ꝑpꝰ
deū Vn̄ yſa. Frange eſuriēti panē tuum Au. Ele-
moſina eſt vnguētū quo maria magdalena vnxit
pedes dn̄i. i. pauperes q̄ ſunt mēbra eius vngebat
Tertia ponit in gremiū dn̄i que dat leproſis īfir
mis ꝛ captiuis p̄cipue inter paganos Vnde eccl.
Abſcōdite elemoſinā in ſinu pauperū Quarta po
nitur in manus dn̄i quā hō dat viduis ꝛ orphanis
ꝛ illis q̄s pudet mēdicare ꝛ q̄ magnū defectū ſuſti
nent ꝑpter honorē temporalē: p̄cipue aūt quā dat
amicis ꝛ cognatiſ ꝛ indigētibus. vn̄ illud carnē tuā
ne deſpexeris Cato. Ignotū tu tibi noli prepone-
re notis Quinta eſt q̄ ponit ſupra cor dn̄i cum hō
dimittit offenſas ſibi illatas v̄bis iniuriis ꝛ reb⁹
ablatis Vn̄ dimittite ꝛ dimittet vobis Sexta po
nitur in os dn̄i qn̄ quis offert ad arā pro poſſe ſuo
de reb⁹ iuſte acq̄ſitis vbi offert ſacroſanctū corp⁹
dn̄i ꝑ ſalute viuoꝝ et mortuorū Et cū q̄s dat ſacer
dotib⁹ elemoſinā cuiuſcūq; ꝓfeſſionis ł ad calicē
vel ad ornamētū ꝛ decorē dom⁹ dn̄i Vn̄ apoſtol⁹.
Operemur bonū ad oēs dū tps hēmus. maxīe autē

ad domeſticos fidei ⁊ doctores ſcꝫ ſacẽdotes q̃ ſūt
illumīatores fidei Septīa eſt cū qua xp̄s totus ve
ſtitur q̃ datur ꝓ mortuis q̄ ſunt in purgatorio Vn̄
in libro macha Sctā ergo et ſalubris eſt cogitatio
Sctā eſt ꝓ ꝯpaſſione. ſalubris eſt ꝓ elemoſynarū
largitiōe. vn̄ math. Date elemoſynā ⁊ munda erūt
vobis oīa Daniel Redime elemoſynis pctā tua
Ber. Elemoſyna data ī vita eſt lucerna q̄ illumīat
aīam ne cadat in tenebras eternas. Idē. O homo
ſi ieiunas in hoc nō differs a dyabolo/ qꝛ ip̄e nūq̄
comedit. ſi vigilas ipſe nunq̄ dormit. ſi ꝯtinēs es
ipſe nūq̄ coit. ſi ſilentiū tenes ipſe nūq̄ verbis de-
fluit. in hoc ſolū maxime dyabolum ſuperas/ ſi ele
moſinis operam preſtas Beda Fruſtra odoratur⁹
manus ſuas expādit ad deū q̄ eas ad ſubueniendū
pro poſſe ſuo pauperi nō oſtendit Apl's. Pietas
ad oīa valet Nam ſi quis lubricum carnis patitur
vapulabit ſed non peribit Hiero. Non memini me
legiſſe aliquē eſſe dānatum in hoc ſeculo q̄ vitam
duxit liberalē Gre. Nunq̄ eſt vacua manus a mu
nere aut ꝓpter munus vbi ē archa cordis repleta
bona volūtate Au. Qui dat propter preſētiū pu-
dorem vt interpellātis tedio careat. rem ⁊ meritū
perdit Unde v̄ſus Da facie leta ſine letitia faciet
ſcꝫ tue Si dederis perdis rem meritūq; mei Apl's
Hilarem datorē diligit de⁹ Aug. Elemoſina ē res
ſctā augēs p̄ſentia ⁊ minuēs pctā ſeparās a demo
nibus iūgens āgelis. ⁊ eſt quaſi murus īexpugna
bilis circa aīaꝫ Thobias Magna fiducia eſt ele-
moſina corā deo oībus facientibus eā Idē Elemo-
ſina ab oī peccato liberat et nō ſinit aīaꝫ introire
in tenebras eťnas Salomō Sicut aqua extinguit
ignē ſic elemoſyna peccatū Elemoſina ei extiguit

ignē pctī/ignē ire dei/et ignē totius gehenne.

Iam dictū est de elemoſina duplici/ſcʒ ſpūali et corporali ⁊ de ſpeciebus eius cū auctoritatibus probatꝭ Nunc dicēduʒ eſt de ſuffragiis quibus ſacerdos aīabus exiſtentibus ī purgatorio tenetur ſuffragari quoꝝ elemoſinis vſus eſt ⁊ vtrikqbus aīabus purgādis in penis purgatoriꝭ ānus ꝑ die ſtatuitur in penitētia ī hac vita neglecta vel non peracta que anime ſunt tertia pars eccleſie expectātes in purgatorio liberationē Exemplum de filijs iſrael per deſertum trāſeūtibus.xl. annis qꝺ xl.diebus trāſiſſēt ſi ɔtra deū nō peccaſſent. Triplex eni ꝺʒ eccleſia ſcʒ in hoc mūdo militās ī celo triūphans in purgatorio expectās (vt ꝑdictū eſt) liberationē.quibus quattuor modis precipue pōt ſubuenīri ❡ Unde verſus

Miſſa preces dona ieiunia quattuor iſta
Abſoluunt animas quas purgans detinet ignis.

Qui ignis ⁊ cetere pene purgatoriꝭ grauiores ⁊ acerbiores ſūt ꝙ oēs pene martyrū ⁊ oīa gñā tormentorū q̄ in hoc mūdo a tyrānis potuerūt excogitari ⁊ adinueniri quaꝝ animarū numerus oīm viuētiuʒ multitudinē excedit.vñ augu. Neſcit q̄d petit qui purgatoriū petit O deus ꝙ dulce erit in hoc ſclo ſatiſfacere Dico ꝙ eſt grauius in purgatorio eſſe ꝙdiu oculus pōt claudi vł aperiri ꝙ illa pena quā habuit beatus laurētius in craticula.vnde vna lachrima de puro corde ꝑlata plus purgat ꝙ decē anni in pgatorio.tñ inter duo mala minus maluʒ eſt eligēdum.vñ aīe clamāt vt iob. Miſeremī mei miſeremini mei ſaltē vos amici mei:qꝛ manus dñi tetigit me Duplex enī manus in hoc loco intelligitur ſcilʒ manus tāgentis/id eſt purgatorio aīas

purgans expectātes liberationē ⁊ manus dānan-
tis ſcʒ in inferno Vñ machabe. Sancta ergo ⁊ ſa
lubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare. ſancta ꝑ
ↄpaſſionē caroꝝ ſalubris per elemoſinarū largiti
ōnē ⁊ orationē fideliū ⁊ ꝑcipue ſacerdotum quibus
ↄmittūtur aīe qꝛ elemoſine ſunt cibus aīaruʒ/orō
vero potus Jeiunia fideliū magna refectio et con
tinuū pegrinatio caroꝝ penaꝝ alienatio ⁊ ereptio
Indulgētia xpo eis data ꝓdeſt prout hic meruerāt
dū viuerēt. Vñ legitur in ↄmēdationibus aīarum
Deus cui ſoli ↄpetit medicinā ꝑſtare poſt morteʒ
.i. indulgentiam. qꝛ ibi aīe ſūt de foro eccle expe-
ctātes liberationē ſcʒ in purgatorio q̄s manꝰ dñi
tetigit vt dictū eſt pre oībus aūt remedijs quibus
aīabus exiſtētibꝰ in purgatorio ꝑt ſubueniri miſſa
ꝑcellit Gre. O q̄tum ⁊ viuificū donū dei qꝛ nunq̄
dīna celebrātur miſteria qui ibi ↄcurrūt duo xtuo
ſa opa ſcʒ vniꝰ pctōris ↄuerſio vel ad minꝰ vnius
aīe de purgatorio liberatio Vñ caueant heredes
parētū et caroꝝ mortuorū cōmiſſarij teſtamētorū
et maxīe ſacerdotes ⁊ ceteri q̄bꝰ aīe cōmittuntur
vel quoꝝ elemoſinis vſi ſunt vel vtūtur ne aliquo
mō eis hec remedia ſubtrahāt vel differāt qꝛ eorū
viaticū eſt qꝛ ꝓ furto ⁊ ſummo ſacrilegio eis repu
tatur. qꝛ primo mortaliter peccant in deū qui eas
ſanguine ſuo redemit. Secūdo in ſanctos ⁊ ī oēs
angelorū de quorū collegio ſunt dū liberātur Ter
tio peccant in omēs animas exiſtētes in purgato-
rio. qꝛ impediūt eaꝝ abſolutionē. Quarto peccāt
in omnes chriſtianos viuos pro quibꝰ anime libe
rate a penis orarent et intercederent ad deū Pro
quibꝰ negligēcijs tales ſi non ſatiſfecerint ī pſēn
ti grauiter punientur ⁊ in futuro ſclō dānabuntur

SEquitur(vt ſupradictū eſt)vt quiuis paſtor
ſit ſedulus ⁊ fideliter ſollicitus pro grege ſi
bi cōmiſſo.ſ. pro viuis ⁊ pro defunctis.et non per
ſonarum acceptor q2 xp̄s eq̄liter vno eodemq3 p̄
cio.i.omnes redemit vt mereātur a dn̄o directe cō
mendari dicēte Euge ſerue bone q2 ſup pauca fui
ſti fidelis ſupra multa te conſtituam

QVo ergo ordine cēſetur ille qui ſemp abſēs
eſt a cura ſua nec p̄eſt vt paſtor nec regit vt
mercēnarius In illo eſtimo ordine in quo nullus
ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. Bernar.
Miror clericos aliud eſſe q̄ qd apparent in veſti=
tu et habitu.aut q̄tulum ſunt clerici geſtu ⁊ actu
neutrū exercēt.nec regūt ſe vt clerici deberēt nec
pugnāt vt laici.inordinanter plures ex eis viuunt
cōtra canones ⁊ ſtatuta eccl'ie cōfūdētes ſeipſos
et totius cleri honeſtatem Et q2 hic cū oibus puer
ſe viuentes moribus et vita participant omni pe=
na in futuro punient. Vn̄ origenes Vnumquodq3
quod eſt peccatū habet ſuū demoniū. vt vnūqdq3
demoniū habet ſuum ſupplicium Attendite ergo
o vos ſacerdotes ad quid vocati eſtis electi ⁊ cō=
ſtituti(vt dictū eſt) et ſeruite deo in ſanctitate et
iuſticia Vnde ap'ls Non enim vocauit nos dn̄s in
immundiciam ſed in ſatiſfactionem Vnde idē hec
eſt enim voluntas dei ſatiſfactio veſtra vt ſciat v=
nuſquiſq3 vas ſuū id eſt corpus in ſatiſfactiōe poſ
ſidere.q2 ambulās in via imaculata.i. in caſtitate
mētis et corporis hic michi miniſtrabit in tāti cor
poris miniſterio et ego dn̄s exandiā eū Vn̄ augu.
Quid prodeſt ſi caſtitas ſeruatur in corpore ⁊ mē
tis integritas intus polluitur in mente. Ceſarius
Virginitas ī corpe nichil prodeſt ſi caritas a cor

de diſcedat et humilitas.nec iam carnis ītegritas
ſeruatur ſi animꝰ tumore ſuperbie corripit. Ber.
Superbia caſtitas nō eſt vera caſtitas:ſed ornatū
dyaboli ꝓſtibulum Augu. Aiaduertite o vos ſa-
cerdotes in q̄ta puritate et tremore debetis acce-
dere ad iſtud ſacrificiū ad qd̄ xp̄s acceſſurus ſan-
guinē ſudauit pre anguſtia vbi ipē ſacerdos mira-
biliter ⁊ ineffabilit obtulit Eā dicatis cū ꝓpheta
In toto corde meo exq̄ſiui te Cor mūdū crea ī me
deus.i.reſtaura ⁊ ſp̄m rectū innoua in viſceribus
meis vt te perfecte diligā ⁊ digne laudare merear
Quid ergo dicenduꝫ eſt de ſacerdotibus mani
feſte cohabitantibꝰ cum mulieribꝰ vel adul
teris vel fornicātibus vel ꝓprias oues violantibꝰ
vel ebrioſis.vel laſciuis ⁊ ſecularibus pluribꝰ ne
gociis ex vanitatibus īplicatis Committimꝰ eniꝫ
conſcientiis epiſcoporum et eorum prelatis Hie.
Alieni erroris nō eſt noſtruꝫ reddere rōeꝫ ſꝫ ꝑlato
rum Ber. Integritatis tue ſis diligēs explorator
non aliene Quid ergo de illis iudicandum eſt qui
ſpōſaꝫ xp̄i violant. Hiero. Sicut ſceleſtius ē ſacro
ſanctā eccleſiam temerarie deſtruere q̄ domū ple
beiam ita ſceleſtius ē ſpōſaꝫ xp̄i violare q̄ ſpōſaꝫ
proximi Gloſa ſup leuiticū Cū dyabolꝰ ſup omni
pctō gaudeat maxīe ꝯgaudꝫ fornicatiōi ⁊ maxime
in ſacerdotibꝰ ⁊ religioſis q̄ ſūt miſtri altaris Hier.
Acerbiora gehēne tormēta ſunt qbꝰ fornicatores
et adulteri debēt Jō Quid tibi cū mulieribus tu
ſacerdos q̄ ad altare dei famularis ī cuiꝰ loco ſtas
Dic ſacerdos q̄ eiſdē labiis oſcularis filiū ꝟginis
quibus oſculatus es filiā veneris o iuda oſc'o tra
dis filiū hoīs Ber. o ſacerdos corpus tuuꝫ efficit
quotidie ſepulchrū xp̄i quō ex ore tuo egredit fal

ſitas per qđ ingreditur tanta veritas. ſcilicet ipſe
chꝛiſtus. quō oculi tui aſpiciunt vanitatē qui īſpi-
ciunt tantā veritatē. quare manus tue extendūtur
ad illicita que tractāt tenētem omnia. quare te in-
gurgitas ebꝛietate qui plenus eē deberes dei bo
nitate Augu. Si ſacerdos ſit vas incōtinētie et li-
bidinis iuxta filium virginis in altari ſtatuet ydo-
lum veneris ⁊ cum oꝛe polluto ꝓfert verba cano-
nis. os eni eius amaritudine et dolo plenū ē ꝙuis
enim oꝛet cū labijs tn̄ in faciem expuit ſaluatoꝛis
et cum ꝓ̄ſumit ſumere coꝛpus dn̄icum in os eius
pollutū leuius eſſet ei ꝙ ꝓiiceret ipſuꝫ in lutum
Ber. Uere ſacerdotes qui in carne ābulāt deo pla
cere nō poſſunt, qui placere meretrici cupiūt ⁊ pre
ſumūt Idē. Turpiſſimū eſt manus deo dedicatas
et ſacro criſmate conſecratas pudendis mulieruꝫ
ingerere. et poſt hoc ſacroſanctum coꝛpus dn̄icuꝫ
tangere. Canon. Nullus preſumat audire miſſam
a preſbitero quē ꝓ certo nouerit habere concubi-
nam Au. in decreta. xl. c. de vita preſbiteroꝝ dicit
ꝙ plus placet deo rugitus leonum ſiue mugitus
boum et grunitus poꝛcoꝛum ſiue ſuum. ꝙ̄ cantus
in choꝛo preſbiteroꝝ cantantiuꝫ luxuriantiū. Gre.
in decre. xl. c. Si quis preſbit̄ dyaconus vł ſubdy
aconus iacuerit in infamia foꝛnicatiōis. inhibeo ei
introitū eccl̄ie donec ſatiſfaciat de mala fama ſua
deo et populo ⁊ ſi nō ſatiſfaciat. inhibeo vobis ne
aliq̄s veſtrū audeat audire officiū eius qꝛ oēs bn̄
dictiones eius ꝯuertūtur in maledictiōes. teſtāte
Malach. ꝓpheta Maledicā īquit benedictionibꝰ
veſtris qꝛ manꝰ veſtre plene ſunt ſanguine Ber. o
ꝙ̄ temerariū ⁊ ꝙ̄ nepharium eſt pollutis manibus
tractare filiū ꝟginis ⁊ oꝛe ſoꝛdido ſumere. Que

mēs nō rapit ad exceſſum: quis ocłs nō erubeſcit quis auditus non terret. vbi mūdi pciū proijcitur in ſterquiliniū. i. in os imūdi ſacerdotis Mirum ē ꝙ talis tūc nō veretur angelū dei ſtare iuxta te q̄ ſecet eū per mediū Et tales bn̄ poſſūt vocari preſbiteri Suſanne Au. o tu īdigne ſacerdos noli plꝰ me affligere peccando plus enim me vulnus pctī tui ledit: ꝙ vulnus lateris mei. Idem Magis delinquūt qui iā regnātez in celis ꝯtemnūt peccādo ſcz indigne corpus chriſti tractātes ꝛ ſumētes ꝙ qui crucifixerunt eū ambulātez in terris nō quaſi crucifigētes: ſed quaſi tāti ſacramēti indigni confectores ꝛ preſumptuoſi preceptores qꝛ illi ſemel deum crucifixerunt i terris. iſti quātū ī eis eſt indigne tractātes ꝛ ſumētes quotidie crucifigunt Am Qui indigne xp̄m ſumit. idem eſt ac ſi ip̄m interficiat Au. Melius eſt ſpiritualia penitus omittere ꝙ indigne tractare vel tangere Idem Inter om̄ia miſericordie dei opera que ab initio impenſa ſunt ſaluti hominū. nichil mirabiliꝰ. nichil excellentius ꝙ pro mūdo crucifixus eſt dn̄s Leo papa Magis admiranda eſt dei humilitas ꝙ ſua maieſtas Au. Minima gutta ſanguinis xp̄i ſufficiſſet ad redemptionē generis hūani Sed ideo maior copia ſanguinis eius data ē: vt copioſior clareſceret chriſti affectus nos diligētis Vn̄ ber. Patet enim amor xp̄i nos diligentis in vulnere lateris

ATtendite ergo o homo ꝙtuz ꝓ te datū. ſit et maxime tu ſacerdos qui corpus ꝛ ſanguinez tractas dn̄i Timēdum vero eſt ꝙ dn̄s tales ſacerdotes indignos (vt dictum ē) non exaudiat ſed magis eū ad iracūdiam ꝓuocāt Vn̄ illud Prouocauerūt eum filij eius ꝛ nō filie. ſed belial in ſordibꝰ

id eſt in pctis ideo dſim non placant ſed magiſ offē
dunt eum Nam etiam loca ſacra q̄ tangunt et cal-
cant q̄ diu ſunt in pctis obſtinati cōtaminãt Ber.
Sacerdos ſine offenſa viuat qui pro offenſis iudi
cem deum interpellat ne offenſuz potius ad iracū
diam puocet q̄ ꝯpeſcat Au. Nullus preiudicium
deꝰ in mūdo nō patitur ab hoībus viuentibus q̄
a ſacerdotibus carētibus ſcientia ⁊ bona vita Idē
Plus placet deo vlulatus canum vel lupoꝝ q̄ cā
tus inimicorū id eſt clericorum malorum Gre. Ni
chil eſt quod tm̄ offendat eccleſiaz dei q̄ ꝙ idigni
aſſumantur ad regimen aīarum Unde prelati qui
dam nunc temporis parū curãt quos iam ad ordi-
nes recipiant vł admittant vel quibus in ſacerdo-
tes promouendos manus imponãt Unde laici iaz
clerum vilipendūt ⁊ claues eccłie minime curant
totamq̄ dignitatem ſacerdotum qꝛ negligētes et
ceci ſunt duces corum ⁊ ductores cecorum Apłs
Cauendum eſt ne cum alijs predicauerim et ipſe
reprobus efficiar Predicãt quidã nō mechandū
⁊ ipſi mechantur. nō furãdum ⁊ ipſi furant. ⁊ cetã
vicia tam verbis q̄ factis inordinate viuētes per
ficiūt Hec oia prelatis cōmittimus ⁊ eccleſiaſtice
correctioni corrigenda

O vos ergo prelati ⁊ pſbiteri in vobis pendēt
aīe veſtroꝝ ſubditoꝝ vobis cōmiſſorū Pbr̄
Bꝛ quaſi prebēs iter gregi ſibi cōmiſſo verbo ⁊ vite
bono exēplo etiã pro poſſe tēporale ſubſidiū. ⁊ nō
tantū querat lucrū rerum tēporaliū ſed aiarum p
quibus filius dei mortez ſuſtinuit Unde dicit dñs
Quem perditã de manu paſtoris requiram

Legitur in tertio libro regū cū regina ſabba
in aula ſalomonis eſſet intuita ordines mini

ſtrantiū ad menſaz regalē ⁊ omnem ornatū curie ⁊ familie: pre oībus laudauit ordinē pincernarū: erāt eni vnius habitus Aula ſalomonis ſignat eccliaz regina mēſam ſcʒ ſummi regis id eſt altare in quo conficitur tractat et ſumitur et fideliter miniſtrat ſacroſanctū corpus chriſti Cui mēſe diuerſi ſacerdotes deſeruiunt ⁊ angeli infiniti qui dicuntur virtutes celorū Huius menſe ſcʒ altaris ſacerdotes ſunt pincerne ideo debent eſſe vnius habitus id ē vnius ſancte ꝯuerſationis in aula ſummi regis vt poſſint dicere cuʒ pſalmiſta In domo dñi ambulauimus cū conſenſu id eſt in dei volūtate Qui pincerne ſcʒ ſacerdotes pre oibus ſunt electi ⁊ conſtituti ad diuina libamina infundenda et ad honorē ſummi regis ⁊ familie.i.fidelibus propinanda Ad eis dr̄ p ꝓphetam Mūdamini q̄ fertis vaſa domini id eſt preparate illi corda veſtra in omni virtute ⁊ mundicia interius et exterius Interius per caritatem. exterius per bonam famam ⁊ honeſtatē conuerſationē vt digni ſitis bibere d̄ manu dñi calicē vini meri plenū mixto. pſal. Calix meus inebrians q̄ꝫ preclarus eſt. Canti. Bibite vinum quod miſcui vobis ſcʒ in mea paſſiōe ſanguine et aqua de meo latere profluēte ⁊ inebriamini vino mee dilectiōis non tātū dico mero ſed meraciſſimo ſcʒ illius vue de qua legitur. vt biberēt ſanguinē vue meraciſſimum id eſt ſanguinē filij virginis intemerate. vue dico illius vitis q̄ dixit Ego ſum vitis vera et pater meus agricola eſt Nobilis eſt vinea in qua pater celeſtis agricola eſt. nobilis vitis filius dei eſt. nobiles palmites ſcʒ apoſtoli Nobile vinū eius cuius ſacerdotes ſunt pincerne ſcʒ illius ſanctiſſimi vini id eſt ſanguinis xp̄i qui ꝓfluit de torculari q̄ꝺ dñs

ſolus in ara crucis du͂ʒ pateret morte͂ calcauit qui
dibus ſcʒ ſanguine͂ vue p̄dicte in eu͂ crede͂tibus ꝓ
pinaret meraciſſimu͂ quem aſſumpſit ho͂ factus de
mundiſſima carne glorioſe virginis marie

Eya vos ſacerdotes pincerne veri ſalomonis
id e͂ ieſu xp̄i et camerarij ⁊ ſecretarij ⁊ diſpe͂
ſatores miniſteriorum dei diligenter atte͂dite i͂ quo
gradu ⁊ dignitate ſitis conſtituti ſcʒ ſuper omnia
bona domini. Vn͂ auguſtinus. Quid potuit deus
plus facere ſacerdotibus q̄ ſeip̄m creare tractare
ſumere et miniſtrare Ergo redite ad cor ⁊ inſpicite
illud inſigne priuilegiu͂ veſtre dignitatis Quinqꝫ
eni͂ ſunt dignitates ſacerdotu͂ pre ceteris Primo
dicitur ſacerdos quaſi ſacris dotatꝰ ſcʒ ſacris or
dinibus. q2 ipſe eſt in ſummo gradu qui eſt ſacer-
dotiu͂. Secundo quaſi ſacris deditus. i. ſacrame͂tis
ad ſacrifica͂da ſacramenta Nam ipſe ſacrificat ſa
croſanctu͂ corpus dominicu͂ verbis ſignis ꝓdigiis
⁊ cetera ſacrame͂ta Tertio dicit quaſi dans ſacra
Dat eni͂ baptiſmu͂ confeſſione͂ penitentia͂ indulge͂
tiaʒ euchariſtia͂ benedictione͂ ⁊ extrema͂ vnctione͂
Quarto dicitur ſacerdos q̄ſi ſacra docens. docet
eni͂ verba ſancti euangelij ⁊ articulos recte fidei.
Quinto dicitur ſacer dux quaſi ducatum prebe͂s
et iter populo dei ad regna celoruʒ verbo ſane do
ctrine ⁊ vite bono exemplo ¶ Vnde verſus
Sacris dotatus. ⁊ ſacris deditus. atqꝫ
Sacra docens. ſacra da͂s. et dux ſacer eſto ſac͂dos
Ber. Elegi michi in ſacerdote͂ dignu͂ ma͂ſionis ha
bitaculu͂ in vaſe vitreo q2 licet vitru͂ de vili materia
ſit. tn͂ probatur clarius ſuper aurum ⁊ argentum
Sic quilibet ſacerdos q̄uis ſit peccator tame͂ pre
lucet oibus aliis rebus/regibus ⁊ principibus. et

eſt dignioꝛ omni creatura Uos eſtis genus electū gens ſancta/regale ſacerdotiū/ populus acquiſi tionis.non ſolū tēpoꝛalis electionis ſʒ eterne pre deſtinationis Elegit aūt vos dn̄s ante mundi con ſtitutionem qui nondum eratis niſi predeſtinati. ¶Et eſt notandum ꝙ predeſtinatio nichil aliud ē ꝙ̄ gratie vel gloꝛie preparatio ſcilicet in preſenti et gloꝛie in futuro Unde auguſtinus ſup illo v̄bo elegi et preelegi O preſbiter ſiue ſacerdos ſi deꝰ ſic te elegit redde rationem vilicationis tue quid vel quod in hoc ſeculo elegeris dum deus vltionē a te requiret. quia ſcriptum eſt Cui plus donauit plus requiretur ab eo

O Uenerād a ſacerdotuʒ dignitas ſi digne ⁊ ſa cerdotaliter vixeritis. intra quoꝛum manus velut in vtero v̄ginis filius dei īcarnať. O celeſte miſteriū quod ꝑ vos pater et filius et ſpūs ſāctus tam mirabiliť operať ꝙ vno eodēꝗʒ momento ideʒ deus q̄ preſidet in celo in manibus veſtris ē ſacri ficium Sre. hoc tam inſigni ꝑuilegio ſtupet celuʒ miratur terra.vereť homo.hoꝛreſcit infernus.con tremiſcit dyabolus.veneratur angelica celſitudo Quid ergo retribuam dn̄o ꝓ oībus que retribuit michi Uerbi grā Iſte qui creauit me dedit michi creare ſe.q̄ creauit me ſine me creať mediante me Quid ḡ retribuā dn̄o pro taʒ ſingulari dono ſacer dotij nichil impenſo/qđ ē datum optimū ⁊ donum ꝑfectū. quaſi dicat neſcio niſi duo minuta ſcʒ coꝛ pus et aīam. coꝛpus in ſeruitutē/⁊ aīam in laudeʒ Unde pſal. Lauda anima mea dominum

C Onſiderate ergo mirabilē veſtre excellētie dignitatē ꝙ vos deus non ſolū p̄ cetero gn̄e honoꝛauit ſed etiā pre cunctis creaturis quas ad

laudē ꝛ gloriā noīs ſui creauit Unde dñs Ego cō
ſtitui te ſup gētes ꝛ regna vt euellas pcti maculā
et edifices corda hoim penitētiā agere volentiū
ꝛ diſpdas errores ꝛ plātes ꝟtutes in aīabus viui
ficādis Unde dñs: Ego vos elegi de mundo ꝛ po
ſui vos ad gratiā vt eatis volendo: ꝛ fructū affe-
ratis fideliter operando. et fructus veſter maneat
ineternū congregādo Ber. Nullus fructus carior
deo eſt ꝙ fructus aīarum pro quibus mortē ſuſti-
nuit filius dei. Qui eni deo in oībus hoibus lucrā
tur aīas per baptiſmū regenerāt ꝛ ꝑ cōfeſſionē ꝛ
ꝑ penitentiā reuocāt ꝛ eos ſacramēto eucharistie
cibāt. quaſi dicat nullus niſi ſacerdotes Malach.
Labia ſacerdotū cuſtodiūt ſciaꝫ ſcꝫ dei. qꝛ angelꝰ
dñi exercituū eſt Angelus in ꝯuerſatione. āgelus
in diuinaꝝ gratiarū actione. āgelus in ardore cari
tatis. angelꝰ in ſubiectionis huilitate Salua reue
rentia angeloꝝ (quorū infinitus eſt numerus) dico
ꝙ maiores eſtis ꝙ angeli ꝛ ꝓcellitis dignitatē eorū
largo mō loquēdo Cui nāqꝫ angeloꝝ tradidit deꝰ
qd datū eſt ſacerdoti ſcꝫ Quodcūqꝫ ligaueris ſup
terram erit ligatum et in celis

Nota due claues ſūt ſcꝫ ſcientie et poteſtatis
date a dño beato petro ꝛ ceteris hominibꝰ
non oībus ſed ſolis ſacerdotibꝰ ꝛ ſucceſſoribꝰ ſuis
Licet eni ſolus deus peccata remittat tamē nūqꝫ
vel raro ſine ſuis miniſtris. i. ſacerdotibus. Quod
poteſt probari per leproſos quos cum dominꝰ mū
daſſet dixit Ite oſtendite vos ſacerdotibus: ꝛ hu-
militer obedite ꝛ dum irent mundati ſunt. Pro-
bari etiā poteſt per lazarū quem cū dñs ſuſcitaſſꝫ
a mortuis dixit diſcipulis ſuis Soluite eū ꝛ ſinite
abire. et quare ipſe dñs non ſoluit eum a vinculis

cordis qui ſoluerat eū a vinculis mortis. et quare nō iuſſit mariā et marthā ſorores eius ſoluere vel iudeos cognatos eius qui ei erāt ꝓpinquiores debito naturali ꝙ diſcipuli dñi Per hoc euidēter p; et ꝓbatur ꝙ ſolis ſacerdotibus data eſt poteſtas a domino ligandi atqꝫ ſoluendi Ecce quāta dei benignitas ⁊ ſacerdotū dignitas. qꝛ ipe dñs quādoqꝫ per malos bonum operatur/ et hoc ideo ne claues eccleſie a fidelibus ꝑuipendātur. qꝛ ſi aliqñ ſacerdotes nō habent ex merito tñ habent ex officio dignitatis Et ſi quis ſacerdotū indignus ſit (quod abſit) hoc ſibi non tibi

Ecce quāta poteſtas vobis ſacerdotibꝰ data eſt quia lingue veſtre claues celi facte ſunt Bernardus o quantam dignitatem cōtulit vobis deus Quanta eſt prerogatiua ordinis ſacerdotal Pretulit vos regibus terre pretulit hunc ordinē omnibus hominibus: immo (vt altius loquar) pretulit vos angelis thronis et dominationibꝰ Sicut enim nō angelos ſed ſemen apprehēdit abrahe ad faciendam redemptionem ſic nō angelis ſed hominibus ſcꝫ ſolis ſacerdotibꝰ corporis ⁊ ſanguinis ſui commiſit conſecrationem Nota ꝙ ad quinqꝫ verba ſacerdotis ſtantis ad altare dei et dicētis v̄ba canonis Hoc eſt enim corpus meum: quibus verbis dominus dedit vim conficiendi in cena prelatis vt in lanceatione ſanguine et aqua de ſuo latere ꝓfluente dicebatur Hoc facite quotienſcunqꝫ ſumitis in meam commemorationem id eſt ob mei amoris memoriam quā exhibui in cruce paſſus pro vobis Tunc enim (vt dicit bernardus) celi celorum aperiuntur. et ipſe xp̄s qui eſt in ſinu pr̄is mox venire dignatur in manus ſacerdotis cui virtutes celorū

deſeruiunt et panis in altari in verum corpus xpi et vinū in eius ſanguinem cōuertitur ⁊ transmutatur. et ſub modica forma panis totus velatur ver⁹ deus et homo Vñ yſayas Vere tu es de⁹ abſconditus ſcꝫ i hoc pane ⁊ medicina ſub nebula Pſal. Mirabilia opa tua dñe. ſ. i hoc ſacramento corpis ⁊ ſanguinis tui ⁊ aīa mea cognoſcet nimis ſcꝫ credendo firmitet

Quam ergo tāte dignitatis ſit ſacerdos ꝙ creator ſit ſui creatoris ⁊ toti⁹ creature ipꝫ perdere vel dānare incōueniēs eſt Vñ yſidor⁹. Sicut patrē interficere filiū ipoſſibile ē ſic creatorē pdere creaturam icōueniēs ē Sicut in eccl'ia reliquie ſctōꝝ quoꝝ aīe in celis ſūt ꝯdunk: ſic ipe de⁹ requieſcit in corde digni ſacerdotis Aug. Elegi eū ⁊ pelegi michi cor digni ſacerdotis i hitaculū dignū mee māſionis taꝗ in vaſe vitreo Licet vitrū ſit de vili materia tñ ſplendidius eſt auro ⁊ argento Sic ſacerdos plucet dignior ⁊ maior coraꝫ deo oībus hoībus regibus ⁊ principibus hui⁹ mūdi i ſua dignitate Vñ honorandi ſunt ſacerdotes qb⁹ deus tantā in mūdo p oībus hoībus ꝯtulit grāꝫ ⁊ honorem Vñ dñs Qui vos audit me audit ⁊ q vos ſpnit me ſpnit Apl's qui vos ꝯturbat. ſ. indebite iudiciū portabit quicūꝙ eſt ille. zacha. Qui vos tāgit ſacdotes offēdit pupillā oculi mei Et dñs in pſal. Nolite tangere xpos meos. qs et pphetas vocat dñs Et in prophetis meis nolite malignari

Legitur de alexādro rege magno ꝙ cū venit hieruſalem ad expugnādū eā occurrit ei ſacerdos iudeoꝝ in ornatu pōtificali. qſiuit rex quis eſſet. ⁊ dictū eſt ei. ꝙ eſſet ſacdos altiſſimi. ipe vero deſcēdēs ab equo hūiliter inclinādo honorauit eū

Et ſic iudei per eum obtinuerũt grã; regi. ꝙ tõm͂
gis ſacerdotes xpianorũ hui⁹ temporis honorãdi
ſunt qꝛ ipſe deus honorat in ipſis cuius camerarij
ſũt ⁊ miniſtri Salomõ Dabit illis. ſ. ſacerdotibus
electũ dei donũ ⁊ ſors i tẽplo dei altiſſimi ſc; ſors
duplex grẽ et glorie De ſorte grẽ. Apls In mani
bus tuis ſortes mee. i. ordo ⁊ vita electiõis De ſor
te glie. daniel Stabis in ſorte tua i finẽ dieꝝ Sapi
Ecce ꝯputati ſũt ſc; ſacerdotes inter filios dei ⁊ in
ter ſctõs ſors illoꝝ eſt. ſ. ſac̃dotũ Merito ꝗ gaude
te ⁊ bñdicite vos ſacerdotes dñi / dño laudate ⁊ ſup
exaltate eũ in ſc̃la. qui vos ad tanta; gloriã elegit
Venit filius hoĩs querere ⁊ non ſeducere ſal-
uare et nõ diſſipare ſicut mali ꝑlati De qb⁹
ſapieñ Durum eſt iudiciũ his qui male intrãt. du-
rius his qui poſtꝙ intrauerunt male viuũt. duriſſi
mum his q̃ male preſunt Tres enĩ ſũt queſtiones
quomodo intraſti. quõ vixiſti. ⁊ quõ rexiſti De pri
mo Amice quõ huc intraſti non habens veſte; nu
ptialem Si forte canonice intraſti non per precu;
violentias. non ꝑ precium. non ꝑ conſanguinitatẽ.
Adhuc reſtat qua intẽtione. aut per caritatẽ aut ꝑ
cupiditatẽ Si propter deu; faciat q̃ dei ſunt ſicut
qui venit ad forum faciat ea propter que venit. at
ille obmutuit qꝛ nõ placuit ſibi de hac queſtione.
quia oculus eius non erat ſimplex / id eſt intentio.
igitur totum corpus erat tenebroſum Vñ domin⁹
Mittite ea; in tenebras exteriores Scda queſtio
fit ꝑ yſaiam Tu quis es: quaſi quereret quis hic:
qualiter vixiſti in eccleſia tua Si neſcis reſpõderẽ
ſequitur. aportari te faciam quaſi aportat gallus
gallinacius q̃ maior eſt alijs Et maiores in eccl̃ia
dei iam nichil faciunt ſed minores Tertia queſtio

ſit per hieremiam. Ubi eſt grex tuus qui datus ē tibi pecus inclituȝ id eſt valde glorioſuȝ Et ne cre das deum poſſe dubitare de aliqua oue dicit enim adhuc tranſibūt oues per manus numerantis Si igitur nō ſolum pro vobis ſed ꝓ ſingulis ſubditis oportet rōneȝ reddere. ꝙ duriſſimū putas iudiciū erit oībus qui preſunt. Tria ſunt quibus optime dyabolū vincim⁹ ſcȝ ardens cogitatio. carnis mor tificatio. ꝛ acuta oro̅ De primo pſal. In medita tione mea exardeſcit ignis quo fugas diabolū ful gura choruſcantem maxie ſi meditationes ſint de paſſione xp̄i De ſc̄do apl's Caſtigo corpus meuȝ ꝛ in ſeruitutē redigo De tertio augu. Oro̅ huilis diuinū promeret auxiliū Chriſt⁹ dicit ꝑ ezechielē ad prelatū Speculatorem dedi te domui iſrael. i. laycis Un̄ valde neceſſe eſt vt ſint lucidi paſtores q: nemo poteſt in ſpeculo ſpeculari lutoſo Chriſt⁹ eſt ſol paſtor debet eē luna. luna autem non habet lumē niſi a ſole. ita ſacerdos nō habet recipere de corē a mundo ſed tm̄ a chriſto Item ſacerdos qui pro nummis celebrat videtur dicere cum iuda. Quid vultis michi dare et ego vobis eum tradā Ergo nephas ē vēdere dn̄m ſuum Cogita ꝙ ꝑm⁹ ſeruus venditor ſeipſum ſuſpendit Judas ei num mos miſit i templū Peiores ſunt ſacerdotes qui denarios pro quibus cantant mittunt in lupanar/ et in ventrem ſuum Judas ſemel chriſtū vēdidit ꝛ de hoc penituit et tu forte multotiēs vendidiſti ꝛ non penites. caue ne deſperans teipſum ſuſpēdas Ber. Uenient an̄ tribunal iudicis audiet populoꝝ accuſatio ꝛ grauis allegatio quorū vixerūt ſtipen dus ꝛ nō diluerūt eoꝝ pctā Audi dominuȝ dicētē Uos comeditis pctā populi Et alibi Paſce paſce

ſed nõ dicit vende vende Jtem O bone ieſu vides
contra te conſpirare vniuerſitas populi chriſtiani
Nam illi in ꝑſecutione tua ſunt primi q̄ ī eccleſia
vidētur gerere principatū Si quis de populo de-
uiat ille ſolus perit: ſed ſacerdotis error m̄ltos pe
rire facit ſi etiā nõ obeſt q̄ntum prodeſt Bernardꝰ
O ſacerdos corpus tuū efficitur q̄tidie ſepulchrū
chriſti cur tunc ꝑ os tuū egreditur falſitas per qđ
q̄tidie ingredit̄ veritas Cur oculi tui vident vani
tatē qui q̄tidie aſpiciunt veritatē Cur manus tue
extendūtur ad illicita ⁊ inania q̄ tenent tenentē oīa
Cur te ingurgitas ebrietate q̄ totus plenꝰ debes
eſſe bonitate Rogo ĝ te vt fugias oēm vanitatem
ne in futuro condēneris per veritatē Tanto vtiq̄
grauius cades ab alto quāto excellentius polles
dignitatis officio Jdem Ber. O dñe paſtores tui
mutati ſunt in tonſores. agni in lupos. defenſores
in diſſipatores. q̄ deberēt eſſe ſobrij quotidie ſunt
ebrij. qui prelati pilati. qui caſti inceſti. q̄ paſtores
ſeductores Nonne totiēs repetitū eſt ꝑetre amas
me paſce oues meas. quaſi dicat niſi tu me ꝑfecte
diligas id eſt pluſq̄ te tua ⁊ tuos nõ intromittas
de cura iſta, nec tu ſacerdos ⁊ maxime paſtor pro
ouibus pro quibꝰ effuſus eſt ſanguis meus. Ber.
Non debet alioꝝ ducatū ſuſcipere qui non vult
alios bene viuēdo preire Nullus ita vilipēdit offi
ciū ſuū ſicut clerici Fabri ⁊ agricole mane ſurgūt
ſed nõ ipſi dormiunt enim vſq̄ ad meridiem Ber.
Ve ſacerdotibus miſeris ꝓditoribus ſocijs; q̄ xp̄m
iterū. i. inq̄ntum in eis eſt crucifigunt ⁊ ſanguinem
teſtamēti pollutum ducūt Qui manibus pollutis
oculis īpudicis/ore venenato/corde īpudico dum
ad reuerēdum ſacramētū non reuerenter accedunt

Angelos aſſiſtentes offendunt ꝛ de ſingulari medi
cina ſibi mirabiliꝭ acquirũt eternam damnationẽ
Cauete vobis prelatuli voratores vt catuli mortẽ
non attenditis qui fauorẽ venditis Dantur nũmi
procurantur puuli ſcꝫ ydiote irregulares excom-
municati gicſite ebrioſi luſores nũꝙ caſti ſemper
inceſti. ve vobis ve et ſemper ve

DOminus tranſiens de hoc mundo ad patreꝫ
eccleſiam (quã ſuo ſacratiſſimo ſanguine re-
demit) fratribus ſuis ſcꝫ ſacerdotibus regendam
commiſit dicens Exiui a patre et veni in munduꝫ
iteruꝫ relinquo mundũ ꝛ vado ad patrẽ. vos oues
meas custodire pro quibus ſanguis meus effuſus
eſt Quãta ſit dignitas ſacerdotalis ſcꝫ officij ꝛ or
dinis audiamus et videamus Quãtũcũꝙ eniꝫ ſit
aliquis bonus tamen non poteſt conficere corpus
chriſti niſi ordinatus fuerit. vt officij ſacerdotalis
exhibeat miniſteriũ dei autem officium tribuere ꝛ
benedictiones Vñ augu. Sacerdotes nõ propria
virtute benedicũt ſed qꝛ chriſti figurã gerunt et
ꝓpter eũ qui in ipſis eſt bñdictionis tribuũt pleni
tudinẽ O ſacrũ et celeſte miſteriuꝫ quod pvos pr̃
et filius ꝛ ſpũs ſanctus mirabiliꝭ operatur. credi-
mus ꝙ poſt deũ nõ eſt tãta gratia ꝛ poteſtas ſicut
eſt veſtra Vñ Ber. Sup poteſtate veſtra ꝛ tam in
ſigni priuilegio vr̃o ſtupet celũ. miraꝭ terra. cõtre
miſcit dabolus. abhorret infernus. vereꝭ hõ. vene
ratur plurimũ ãgelica celſitudo. ꝙ vno eodẽꝙ mo
mento deus qui preſidet in celo in maibus veſtris
eſt in ſacrificio Sed vñ hoc dulciſſime ꝛ piiſſime
ieſu vt ſacerdotes (qui ſũt vt nos ꝟmiculi ꝛ puluis
et cinis) te preſentẽ hr̃e mereãtur ꝑ manibus/ pre
oculis qui totus integer ſedes ad dexterã patris

qui vniꝰ hore momēto a ſolis ortū vſqꝫ ad occa ſū
ab aquilone vſqꝫ ad auſtrū preſto es dñe? Certe nō
ex debito: nō ex merito: ſed ex volūtatis tue bene
placito preparaſti te ī dulcedīe tua pauperi deus
ſcꝫ ſacerdoti Hec eſt vere celeſtis indulgētia Hec
eſt cumulata gloria Hec eſt vere ſupexcellēs glīa
ſacerdotem deum tenere ī manibus nullis āgeloꝝ
nullis archangeloꝝ nullis ſpiritibꝰ. ſꝫ hominibꝰ
non oībus ſed tm̄ ordini veſtro cōmiſſam eē credi
mus celebrationem tanti miſterij vt cōſecratꝰ ī ſa
cerdotē prorſus idipꝫ conficiat in altari quod xp̄s
in cena paſcali cōfecit manibꝰ ſuis In altari quip-
pe ſacerdotum ore ⁊ manibus cōficitur xp̄i corpꝰ
non creatur nō naſcitur. ſꝫ quod totū ī dextera pa
tris ē. eſt totum in manibus. totū in ore ſumentis.
vnꝰ in mltis ⁊ diuerſis. o ſacerdos tu es ſacer dux
ſacra docens. ſacra dans Sacer dux in exhortatio
ne. ſacra docēs in participatione carnis et ſangui-
nis chriſti. ſacrū dans pro deo exemplum viuendi
ceteris. vt ampliꝰ mouearis. immo vt magis inca-
leſcas in amorem tui redemptoris voluit chriſtus
vt iugiter coleretur per tuum miſterium: quod ſe-
mel ꝯferebatur in mundi precium ⁊ perennis illa
victima viueret in memoria et ſemper erit in glīa
patris Vñ moyſes rogauit dominū quondam di
cens Oſtende michi teipſum dñe verum Sed non
tibi ſolū oſtendit. ſed ī manibus tuis ſe totū tradi
dit Delectari ergo debes. o tu ſacerdos et gaude
te in ſacramēto altaris. in cuius confeſſionem fide
lis miſter inuenit in medio patris ⁊ filij et ſpiritus
ſancti (aſtantibus ex omni latere ſuperius ordini-
bus) ſacramentum per nobile miſterium ſupexcel
lentis glorie. videt ſacerdos ⁊ ſentit filium dei fra

trem ſuum amātiſſmū cuiꝰ veraciter carnē et ſan-
guinem tenet Unde pſal. Narrabo (inquit) nomen
tuum fratribus meis Uidet et ſentit ſpiritum ſan
ctum a patre ⁊ filio ꝓcedentē domeſticū eſſe ſociū
factorē ⁊ diſpēſatorē ſuū. qꝛ ipſe vere cōſolator ē
penitētiū ⁊ aduocatꝰ oīū ī ſe ſperātiū Uidet veruꝫ
deū ⁊ ſētit ſpūalit̃ angelos ⁊ oēs celi celoꝝ ſenatū
ſibi applaudentē. ⁊ vt conciuis eorū aſcribi merea
tur. Ibiq̄ celebratur familiare colloquium inter
deū ⁊ moyſen amicū ſuū. i. fidelē miniſtrū Penſa
igitur iugiter āplectere ſuauiter repone fideliter
quid audis/quid agis/q̄d legis/quid tenes Calix
ſepulchꝛū chꝛiſti. patena lapidē ſuperpoſituꝫ. cor
porale ſudarium. ſubſtratoꝛia corporalia linthea-
mina quibus inuolutus fuit chꝛiſtus ſignificant.
Hoſtia quā vides non eſt panis ſed caro et ſāguis
eius qui pependit in cruce pro mundi vita Jam o-
culis tuis vides panem angeloꝛū qui neſcit putre
ſcere. nō vadit in ſeceſſum. ſed ducet te in excelſuꝫ
illuc reducet te vnde retraxit ymaginē Hoc itaq̄
ſacramētuꝫ ab eterno in celo repoſitū. ſꝫ dyabolo
penitus celatū/prophetis quibuſdā reuelatū. ſolli
citudini ⁊ ſanctitati veſtre eſt traditum et per oīa
donatū Quis vidit talia/ videāt oculi nec mirenť
qꝛ omnia ſicut voluit fecit. O ſacerdotes q̄tum ē
q̄ in eleuatione manuū veſtrarum capita regū in-
clinātur q̄ reges et regine vobis munera offerunt
Omnis eccleſia vos patres confitetur et expectat
itercessores In quoꝝ preuilegiati amoris p̄miū
datū ⁊ dictū eſt petro Paſce oues meas In ſingu
laritate poteſtatis datum eſt et dictum eſt apl'is.
Quodcūq̄ ligaueritis ſuper terram. ⁊c̄. Penſate
q̄tum eſt hoc maximū ſcꝫ ſi ad legationē angeloꝝ

aſſēſus hominū expectaretur. Quātum ergo eſt ſi ad arbitrium hominū aſſenſus inclinatur angelorum Audite veſtri officij dignitatē/cautelam ⁊ conſtā-tiam/cum dixit elegi vos. ⁊c. officium vt cum dixit eatis. cautelam vt cuȝ dixit fructū afferatis. cōſtā tiam vt cum dixit fructus veſter maneat. Uobis etiam dictum eſt Ite in vniuerſum orbem ⁊ cetera Electi ergo eſtis vt eatis. ergo periculoſum eſt vo bis ſtare. periculoſius ſedere. periculoſiſſimum ē iacere

Recordor me legiſſe quod accidit ī burgūdia cum ſacerdos quidā veniret ad ſynodū tran ſiens per mediū nemorum obuiuȝ habuit diabolū in figura hominis tranſfiguratū queȝ cū ſalutaſſȝ tradidit ei litterā quandaȝ clauſā tradendam epō et vniuerſis rectoribus in illa ſynodo cōgregatis quā cum aperuiſſet epiſcopus in pſentia omnium fecit legi Tenor aūt illius lr̄e erat iſte. Rectores tenebrarum rectoribus eccleſiarū ſalutē Mandam⁹ vobis ꝙ multū diligimus vos. qꝛ qđcunqꝫ vobis cōmittitur ad infernū cū magnis glomerationib⁹ deſtinatꝭ. Item alibi dictū fuit epō peruerſo a xp̄o dn̄o. Quando michi reduces aīas quas cū prauo exemplo dānificāſti. Ber. Timeāt clerici miniſtri eccleſiarū qui in terris res ſāctorum quas poſſident tam inique gerunt vt ſtipendijs que ſufficere de beant minime contenti ſuperflua quibus egeni ſu ſtentari deberent īpietate ſacrilegij ſibi detinent. ⁊ in vſus ſuperbie atqꝫ luxurie victum pauperum conſumere non verentur duplici iniquitate peccā tes ſcȝ ⁊ ꝙ aliena diripiunt ⁊ ſacris in ſuis vanita tibus ⁊ turpitudinibus abutuntur. Heu hodie non paſcunt paſtores oues ſed ſeipſos ꝓpter quod cō

minatur eis dominus dominationẽ Ezechiel. xliij. Ve paſtoribus hieruſalẽ. qꝛ paſcebãt ſeipſos non oues paſcũtur a paſtorib⁹ a quibus paſci deberẽt Unde Ber. Conuenit bonitas amabilem / ſcientia diſcibilem / diſciplina mutabilẽ reddunt. Scientia et diſciplina bonitatẽ attrahunt. ſcientia corrigit ꝛ diſciplina paſcit Debet aũt quilibet prelatus et religioſus et clericus qui aliis preeſt ſollicit⁹ eſſe quomodo deo placeat in puritate cõſcientie Ber. Manducare ſpiritualiter corpus chriſti et paſſionis et redeptionis eius attentius recolere ſacra beneficia ad ſumẽdũ ſuauiter in conſcientia et recolendũ fideliẽ in memoria Au. Quotidie corpus xpi ſumere nõ laudo nec vitupero Hoc eſt ſignuꝫ ſepe cõmunicandi. cum de ꝑceptione huius ſacramenti timor ſeruilis minuitur et incendium caritatis plus augmentatur Sed per hoc aliqui retrahuntur cum de cõmunione deuotionẽ et cõſolationem ſingulareꝫ non ita percipiunt prout eis bene placitum foret. ꝛ hi magis ſua q̃ dei videntur querere

O Venerãda ſãctitudo manuũ ſacerdotũ. o felix exercitiũ O mundi vere gaudiuꝫ vbi ima ſummis iungũtur. cum chriſtus tractat chriſtũ ſacerdos dei filiũ cui delicie ſũt eſſe cum filiis hoĩꝫ Unde petrus in canonica Vos eſtis genus electũ regale ſacerdotium / gens ſancta / populus acquiſitionis Auguſti. Vos eſtis inquit genus electum non ſoluꝫ electione temporalibus prelationis ſed (vt ſpero) electionis eterne predeſtinatiõis. Unde apoſtulus Elegit eos ante mundi conſtitutionem qui nondum erant niſi predeſtinati. Auguſtinus Quomodo elegit eos ante mundi conſtitutionem

qui nondum erant niſi predeſtinando Gre. Prede
ſtinatio nichil aliud eſt q̄ gratie preſentis ⁊ glorie
future p̄paratio Augu. Quattuor eni requirūtur
proprie ad preparationem gratie p̄ntis ⁊ predeſti
natione glorie future Primum eſt voluntas tri
buentis Scōm eſt libertas voluntatis. Tertium
eſt predeſtinatio nō exiſtētis Quartum ē meritū
accipientis Alioquin nec gr̄a in preſenti nec ſeq̄t
gloria in futuro Vn̄ Apl's Quos p̄ſciuit hos pre
deſtinauit cōformes fieri imaginis filijs dei ſcȝ ſa
cerdotis in tanti miſterij miniſterio. Idem Quos
predeſtinauit hos ⁊ vocauit. ⁊ quos vocauit hos ⁊
iuſtificauit. quos iuſtificauit illos et magnificauit
Gloſa In predeſtinatione eſt gr̄a ī vocatiōe potē
tia in iuſtificatione leticia in magnificatiōe gloria
Unde vos ſacerdotes eſtis genus electum.

AUguſtinus. o p̄ſbiter ſiue ſacerdos ſicut de⁹
te elegit et preelegit. redde rationem villica-
tionis tue in quamvel in quod tu in hoc ſeculo ele
geris dum deus electionē a te req̄ret nō ē dubiū
dare an ſacerdos ſit angelus an dyabolus Si vixe
rit in caſtitate corporis et anime et humilitate eſt
angelus Si vixerit ecōuerſo eſt peior dyabolo. et
hoc eſt horribile valde malis preſbiteris. o ſacer-
dotes cōſiderate vr̄e dignitatis dulciſſime excel-
lentiā. q2 dn̄s vos ditauit ſpre oībus creaturis ho
norādi ſunt quippe ſacerdotes quibus dn̄s tantā
in mundo pre oībus contulit gratiam et honorem

SApientia. ecce computati ſūt ſcȝ ſacerdotes
inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors illorū eſt
ſcȝ ſacerdotum Merito ergo gaudete et benedici
te vos ſacerdotes dn̄i. dn̄o laudate et ſuperexalta
te eum in ſecula qui vos ad tantā dignitatē ⁊ gra

ſiam elegit Et gratias agite ei pro tantis benefi-
ciis pñtibus preteritis ⁊ futuris ⁊ eternalibus tē
poralibus ⁊ ſpiritualibus. et rogate ſuppliciter di
centes Cōfirma hoc deus qđ operatus es ī nobis
per immenſam gratiam tuā in preſēti ⁊ preſta vt
cum oībus nobis cōmiſſis ⁊ omnibus fidelibus et
cum oībus ſanctis et angelis tuis in futuro in re-
gno celorum cōfiteamur nomini ſancto tuo ⁊ glo-
riemur in laude tua ineternum

Dominus noſter pontifex de veſtibus ſacer-
dotalibus miſticaꝫ (vt ſummus ſacerdos) ca
miſiam induit in almo vtero ſcꝫ beate virginis ma
rie Miniſtri vero iudeoꝝ dederunt ei amictuꝫ ala
pis contextum Herodes albam quando illuſit euꝫ
alba veſte indutum Miniſtri pilati cingulū qñ fla
gellis ceciderunt euꝫ Dederunt ei phanonem quā
do ligauerunt ad columnā ſtolam ſputis contextā
caſulam quando induerūt eum veſte purpurea di
centes Aue rex iudeorum Lanceā pro baculo Cru
cem pro ſede epiſcopali Spineam coronam pro i
fula Clauū in pedibus pro ſandalis Clauos in ma
nibus pro annulo ⁊ cyrothecis Sicq; ornatus pō
tifex noſter primo templuꝫ aſpſit miſſam cantauit
hely hely poſtea indulgentiam dedit dicens Pa-
ter dimitte illis. ⁊c. Prelati temere credūt ſibi cū
cta licere Credidit ⁊ cayphas omne nefas ſibi fas
Ve miſero mundo. ve primo veq; ſecundo Ve per
potificum dedecus horrificum. Pontifices muti
de iure ſuo male tuti Quamuis cornuti non audēt
cornibus vti.

Nota ſex vicibꝰ fudit chriſtus ſanguinē ſuū
pro nobis Primo in circūciſione ⁊ hoc fuit
noſtre redemptionis inicium Secundo in oratione

et hoc fuit noſtre redemptionis deſideriũ. Tertio in flagellatione Quarto in coronatione ꝛ hoc fuit noſtre redemptionis meritũ qꝛ liuore eius ſanati ſumus Quĩto in crucifixione:ꝛ hoc fuit noſtre redẽptionis preciũ Tunc enĩ que nõ rapuit exſoluit Sexto in lateri apertione. et hoc fuit noſtre redẽptionis ſacramentũ. qꝛ inde exiuit ſanguis ꝛ aqua Sanguis in remiſſionẽ peccatorum. et aqua in lauacrum baptiſmi ſacrificandum

¶ Finit ſtella clericorum

¶ Ad laudem libelli

Aſpice preſentis o clerice dicta libelli
 Nomen paſtoris quiſquis habere voles
Terrenis nunꝙ vel paucum rebus adhere
 Hunc mundum ſpernens celica ſola pete
O quanta mentis acie perpendere debet
 Js qui paſtoris accipit officium
Ne pro diuitiis curam ſibi vendicet ipſe
 Et non vt populo dogmate ſubueniat
Cede:tuo dabitur merces condigna labori
 Apte ſi proprium rexeris ipſe gregem
Jllicitus ſi cecet amor te diuitiarum
 Letheas vitiis ingrediere domos
Labitur ex vero ſi quis tuus agnus ouili
 Ad chriſti caulam dulcius hunc reuoca
Verus paſtor oues ad ſummum ducat ouile
 Terrenos cum artus ſpiritus exuerit.

CB 100365981

44900

120

Res. 261